




Gandershu. Stiftsbibl. Hs. 261

Gandersheim Stiftsbibliothek

Hs 261

Rückendeckel

Patri usque ad mortem crucis, utique sanguis ejus in peccatorum remissionem, hoc est, in nostram mundationem non fuisset effusus. Nec moveat quomodo spongiam ori ejus potuerint admovere, qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enim apud alios evangelistas legitur, quod hic praetermisit, in arundine est factum, 633 ut spongia talis potus ad crucis sublimia levaretur. Per arundinem vero Scriptura significabatur, quae implebatur hoc facto. Sicut enim lingua dicitur vel Graeca, vel Latina, vel alia quaelibet sonum significans qui lingua promitur, sic arundo dici potest littera, quae arundine scribitur; sed significantius sonos [Aug., sonos significantes] [0985C] vocis humanae usitatissime dicimus linguam: Scripturam vero arundinem dici quo minus est usitatum, eo magis est mystice figuratum. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est. Quid nisi quod propheta tanto ante [Al., paulo ante] tempore praedixerat? Deinde quia nihil remanserat, quod antequam moreretur fieri adhuc oportebat, tanquam ille qui potestatem habebat ponendi animam suam et iterum sumendi eam, peractis omnibus quae ut peragerentur exspectabat, inclinato capite tradidit spiritum. Quis ita dormit quando voluerit, sicut Jesus mortuus est quando voluit? Quis ita vestem deponit quando voluerit, sicut se carne exuit quando voluit? Quis ita cum voluerit abit, [0985D] quomodo cum voluit obiit? Quanta speranda vel timenda potestas est judicantis, si apparuit tanta morientis?» [a] Posteaquam Dominus Jesus, peractis omnibus quae ante suam mortem peragi oportere praesciebat, quando voluit tradidit spiritum, quae deinde secuta sint evangelista narrante videamus. (VERS. 31.) Judaei ergo, inquit, quoniam parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati), rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Non crura tollerentur, sed hi quibus ideo frangebantur ut morerentur, et auferrentur ex ligno: ne pendentes in [0986A] crucibus, magnum diem festum sui diuturni cruciatus horrore foedarent.

VERS. 32-34.— Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura, et alterius qui crucifixus erat cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura. Sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Eleganti vigilantique verbo evangelista usus est, ut non diceret: Latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud; sed aperuit: ut illic quodammodo vitae ostium panderetur, unde sacramenta Ecclesiae manaverunt, sine quibus ad vitam quae vera vita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum; aqua illa salutare temperavit noculum: haec et lavacrum [0986B] praestat et notum. Hoc praenuntiabat quod Noe in latere arcae ostium facere iussus est. quia

Alain, In evangelium Iohannis
PL 100, 985BC

et ad regem transit.

Quo¹ eum aduenisse dinoscens, Artol[dus], qui in coenobio sancti Basoli confessoris ab urbe pulsus morabatur, mox quicquid a tiranno sibi relictum erat abiciens, ad regem sese contulit, mallens apud eum paruo contentus morari, quam insaciabilis tyranni beneficiis detineri. Rex metropolitanum^a quo ipse rex consecratus fuit iniuste precipitatum dolens, ne diffidat hortatur, summum sacerdotium sese ei redditurum pollicens.


37. INTE<RITUS> Heriber<ti.> /

His¹ ita sese habentibus, / cum Heriber(tus) quæque pernitiola pertractaret, ac de quorundam calamitate multa diserneret, cum inter^a suos in ueste preciosa sederet, atque apud illos extensa^b manu^b concionaretur, maiore apoplexia ob^c superfluitatem humorum captus, in ipsa rerum ordinatione constrictis manibus neruisque contractis, ore etiam in aurem distorto, cum multo horrore et horripilatione coram suis inconsultus exspirauit². Susceptusque a suis, apud sanctum Quintinum³ sepultus est. Quo sepulto, eius filii⁴ mox regem adeuntes, ab eo benigne excepti sunt. Patris iniuriarum^d nihil sibi reducens. Excipitur et Hugo episcopus, ea tamen conditione, ut tempore congruo ratiocinari pro se de episcopatus adeptione non differat. Cum quibus quoque rex Ambianum⁵ digressus est. Ubi cum non sine suorum potioribus quæque precipua disponere uellet, Erluinum Rodomi morantem per legatum accersit.

38. CONGR<ES>sio Ar(nulfi) et <Erluini.>

Quod¹ cum maliuolorum relatione Ar(nulfus) comperisset, insidias pretendit, obuientique rege ignorante cohortem inducit. Quod Erluinus mox dinoscens, signis collatis congreditur. Congressus utrimque non modicus. Ar(nulfus) suis fuis, profugiens, uix urgentem euasit. Erluinus uictoria potitus, alios enecat, alios capit, alios in fugam cogit. In quo etiam certamine, interfectorem Uuilelmi qui cum Ar(nulfo) sibi uim^a intulerat^b, militari^c insectatione^c comprehendit. Cuius manus obtruncans, in ultionem amici Rhodomum misit. Ac cesorum ereptis manubiis, ad regem^d concessit.

39. Quo tempore H(ugo) dux in magna gratia regi habitus, eius filiam¹ ex sacro lauacro suscepit. Unde et eum rex^a omnium Galliarum ducem constituit². Quo³ duce rex equitatum parans, cum Gerberga regina in Aquitaniam proficiscitur. Ac urbem Niuernicam⁴ deueniens, Gothorum ducem^a Ragemundum^{b5} Aquitanorumque precipuos, illic obuios exceptit^c. Apud quos de^d prouinciarum cura pertractans^e, ut illorum^f omnia^g sui iuris uiderentur, ab eis prouincias recepit⁶. Nec distulit earum administrationem eis



Gandersh. Stiftslibel. Hs. 261

Gandersheim Stiftsbibliothek

Hs 261

Rückendeckel